Pomponij Leti de Romanorum magistratibus: Sacerdotijs Jurisperitis: et legibus



De Rege

v Rbis Rome et imperij Romani con ditor Romulus
Marte genitus fuit. Is postq̃ omniũ cõsensu prefuit legẽ
tulit vt nemo regnũ aut magistratũ iniret: nisi auctor fieret
deus: ipseq̃ per auspicia confirmari voluit. Vocabulum a
regendo deductũ est. Multitudinẽ oẽm Romulus diuisit in partes tres
quas tribus appellauit: et singularũ tribuũ duces tribunos nominauit. et
ipsas tribus in .xxx. partes diuisit. curias dixit quoniã earũ cura respublica
sententiã expediebat. et inde late ab regibus quedã leges Curiate denoiate
sunt. Curiaꝝ prefectos curiones dixit: et Curionũ decuriones. L. Papirius
qui fuit tpe. Tarquinij superbi latas leges in volumina redegit. Vnde iuris
ciuilis papyriani nomen deducitur. Rex sacrificijs templis et omni cultui
deorũ et legibus et moribus p̃erat: magnarũ causarũ iudex: minorum vero
causarũ senatũ voluit esse ipse Romulus iudicẽ.

De maiestate Regis

r Omulus vt haberetur honor ac veneratio regie maiestati pur
purea vsus est veste. xij. legit qui succinctis vestibus expediti
multitudinẽ virgis coercerent: Eos a ligandis hominibus: vt
C. Valgius meminit: Lictores appellauit. vt est lictor colliga manus. xij. et
bi fasces ante regẽ ferebant: ac totidẽ secures que signa puniendi erant. legit.
et regij corporis custodes milites. ccc. quos a promptitudine id est celeri
tate celeres appellauit. et eorũ ducẽ tribunũ celerũ. Cuiꝰ erat scḋs post regẽ
locus. Valerius Antias ait. a primo eorũ duce cui Celer nomen fuit. celeres
nominatos. Hi erant equites Romani: qui postea expugnato Trossulo op
pidorũ tusco. vt Iunius scribit Trossuli dicti sunt. Sella vsus est curuli: et
locũ eminentẽ in parte fori edificauit: vbi iura daret.

De Senatoribus

s Enatores a Romulo electi centũ aut a nobilitate generis: aut ab
etate: aut a sapientia: vt apud Athenas nomen cepere: idem pa
tres: et eorũ familia patricia: idem multitudinis patroni: id est defensores
erat. Hos appellabant peregrini principes in ciuitate. Qui post hos centũ
senatui ascripti fuere: Patres conscripti appellati sunt. Quod vero ipsi con
stituerent ratum erat: Senatusconsultũ dixere. et tunc esse cepit cum plebes
difficulter conueniret. nã cũ a patribus per discordiã secederet: iura sibi con
stituit que plebiscita vocantur

De potestate Senatus et plebis

r Ex ad senatũ referebat. Senatus de omni re cognoscebat. et suf
fragium ferebat: et quod visum pluribus fiebat: populus magi
stratũ creabat. Leges sciebat: et de bello decernebat

De interrege.

s Pacium tempis a defuncto Rege vsq̃ ad creationem sequentis
Interregnũ dicebatur: ⁊ qui p̃erat cum Regia potestate et insi
gnibus interrexerat.

De duumviris

t Vllus Hostilius rex duũviris potestatem fecit iudicandi de ca
pite. M. Oratij qui solus ex trigeminis bello albano remanserat
et reus accersitus: qḋ extra portã Capenã obuiã sororẽ interfecerat: que ma
ritum suũ vnũ ex Curiatijs cesis ducẽdo victoriã et libertatẽ populi Roma
ni egere ferre videbat: sed absolutus a populo fuit ꝓpter patris lachrymas
Nam dixerat Tullus: Si prouocarit ꝓuocatione certaret: et hec fuit prima
apud populũ ꝓuocatio: et hoc primũ de rebus capitalibus iudiciũ.

De prefecto vrbis

r Omulus vnū elegit: quē vrbanis negocijs prefecit: vt Dionysius ait: hunc prefectū vrbis fuisse satis constat. Longo post tempore tantū sibi vrbis prefectura vendicauit Cesarū temporibus: vt crimina omnium in vrbe cognosceret. et demū cū Cesares ab vrbe abessent: p̄fectꝰ velut alter Cesar imperabat: de rebus omnibus: q̄ ad vrbē ꝑtinebāt: censebat

De Prefecto pretorio.

p Refectus pretorio sub Cesaribus discipline militari p̄erat: eius postea auctoritas aucta erga forenses causas. vbi imperium declinare cepit nomen mutauit magister stabuli dictus cum antea sub regibꝰ tribunus celerū fuit. Et sub dictatore Magister equitum

De prefecto annone

d Icunt quidā annone prefecturā habuisse iniciū. xv. anno post exactos Reges Appio Claudio Sabino. et. P. Seruilio prisco cons. sed verius constat anno. xviij. L. Secanio. P. Minutio cons. quo tempore annone maxima caritas fuit: missiqꝫ in Siciliā fuere. P. Valerius: et. L. Seganius pro aduehendo frumento. Volunt alij. L. Minitiū fuisse primū annone prefectū. satisqꝫ constat non nisi ex indigentia frumenti hunc magistratū creari

De prefecto Vigilum

c Um vrbis edificia sepenumero incendio flagrarent: Diuus Augustus quinqꝫ cohortes vt inuigilarēt vrbi disposuit: ⁊ singule duas regiones custodiebant. tunc. n. erant regiones. xiiij. ijs quinqꝫ cohortibus p̄erat prefectus vigilū: apud quē cognitio erat omniū scelerū. que nocturno tp̄e fieri solent presertim de incendio et latrocinio

De Prefecto in militia.

s Ingulorum ordinum in militia aliquando prefecti creati sunt h est quod sepenumero prefectis alarum et cohortium legimus. h scilicet erat voluntate ducis id est exercitus imp̄atoris: aut regis

De Prefecto legionis.

p Refectus legionis absentis legati vicem tenebat parebant ei tribuni: hastarij: pilani: centuriones: ⁊ deniqꝫ totꝰ exercitus: arma equi: vestes: discipline: ius: annona. et ipsius cura erant. puniebat. soluebat. eligebatur autem iustus: diligens: sobrius. cui necesse erat et alium titulū habere. ipse etiam erat comes primi ordinis quem primipilum dicunt. qui. c. et. lx. militibus p̄est

De prefecto Castrorum

c Astrorum prefecto cure erat. Castrorum positio· valli· fosse· tentoria: tabernacula: tormenta bellica: et cetera talia. Itē egri ⁊ medici: is eligebatur peritissimus vt alios edoceret

De prefecto fabrorum

a Rtifices qui sequebantur castra vt fabri lignarij: carpentarij: ferrarij: et ceteri qui ad fabrilia officia deputati erant: p̄fecto fabrorum parebant. is eligebatur idoneus et qui sciret bene castris prouidere: et presertim in expugnatione vrbiū subterraneos cuniculos facere et alia silia

De Consulibus.

p Ulsis Regibus auctore. L. Iunio Bruto Tribuno celerū consulare imperiū factum est cum omni Regia potestate ⁊ insignibus. Consules dicti duo a consulendo id est ꝓuidēdo creati sunt comitijs centuriatis a prefecto vrbis ex cōmentarijs Seruij Tullij: et hi fuere. L. Iu-

nius Brutus:q Tribunus celerū erat.⁊.L.Tarquinius Collatinus.Anno
ab vrbe condita ducentesimo.xliiij.Inde noui consules vrbem lustrarunt.
et primi iurarunt neminem Rome se passuros regnare:et idem fecit popu-
lus.Apud eos summa totius imperij erat.hi senatū populūqz per accēsos
⁊ precones cogebant:hi exercitus ductabant.ab eorū magistratu nūerus
annorū signabat.prouincie consulibus describebant:penes quos vt inqt
Pomponius:summū ius vti esset lege rogatū est.⁊ ne per omnia regiā po-
testatem sibi vindicarent:lege cautū fuit.vt ab eis prouocatio esset:ne ve
possent in caput ciuis Romani animaduertere iniussu populi.Solum re
licitū est illis vt coercere possent:⁊ in vincula publica duci iuberent.

De Dictatore:et magistro equitū.

a Nno.xij.vt alij volūt.ix.post actos reges.T.Largio Flauio.T.
Clelio Sicelo consl.vt alij scribunt.T.Lar.Flauio:⁊.L.posthumio Comi-
nio cū.xl.latinorū vrbes auctore Octauio Manlio piurassent i Romanos
T.Largio a collegā Clelio ⁊ a senatu.po.qz.Ro.creatus dictator fuit.Di-
ctatura summus magistratus fuit:habebaturqz in summo periculo vltimū
remediū.xij secures dictatorē precedebant.ab eo ad populū prouocatio nō
erat:⁊ ei capitis animaduersio data est.Sex mensibus durabat:designabat
sibi dictator magistrū equitū:qui primus fuit Sp.Cassius

De questoribus.

r Omulus vt li.vij.Iuni.scribit suffragio populi questores binos
creauit.alij volūt Numā pompiliū.Sed verius ↄstat de Tullo
Hostilio Questores ab inquirenda ⁊ seruanda publica pecunia dicti sunt
capitalibus rebus ꝑerant.Ciues Ro.capite punire ijs licebat.prouintias
sortiebantur.primū patritij creati.postea indifferenter patritij ⁊ plebei.⁊
Varro sic ait questores a querendo qui conquirerēt publicas pecunias ⁊
maleficia:que triūviri capitales nūc conquirūt.et pedianus ait Senatoris
prima administratio erat questorē fieri prouintie curā gerere pecunie pub-
lice in diuersos vsus erogāde.Cornelius ait Repetita lege curiata a Iunio
Bruto post exactos Reges questores duo creati.qui rē militarē comita-
rentur Valerius potius.et Emilius Mamercus.Duos deinde addidit.q
res vrbanas curarent.Mox cū stipēdiarie prouintie fierent duplicatus nu-
merus.Post vero Sille legē creati.xx.

De tribuno plebis

a Nno.xvij.post fugā Tarquiniorū Aulo Virginio Montano.⁊
T.Vetusio Geminio cons.plebes nexu grauata:⁊ sepenumero
decepta seditionem fecit.et tandē Sicinio duce in sacrū montē secessit.qui
distat ab vrbe tribus mil.pas.trans.Anienem Piso auctor est in Auētino se
cessionem plebis factā esse.⁊ cū illic plebes arma nō sumpsisset Mons sacer
putatus est.vnde nomē monti impositū fuit.huic Posty.Cominio ⁊ Sp.
Cassio nouis coss.decernentibus.x.legati eligunt ad plebē.quorum primus
fuit Menenius Agrippa.qui oratione sua plebē patribus cōciliauit mense
septembri petiuit plebes ex suo corpore magistratum creari tribunitia po-
testas hec fuit.creati tribubus fuere tribuni qnqz.L.Brutus.C.Sicinius
C.Licinius.P.Licinius.C.Iusilius Ringanus.Quidā duos scripsere.C.
Licinium ⁊.L.Albinum.hec fuit reip.pestis.hinc ciuile nefas ortū habuit
⁊ queadmodum propter seditionē esse cepit seditiosus magistratus semꝑ
fuit consulare ius imminutum cōsulibus tribuni nō parent.cum ceteri ma-
gistratus pareant.Sacrosanctos enim voluit suos tribunos vulgus.hi se-
debant primi ad limē:⁊ acta senatus modo probabant.modo scindebant.
Dies vero quo tribuni electi fuere:fuit quarto idus decembris.⁊ in loco vbi
castra posuerunt:erecta ara Ioui soluēti metum.Tribuni dicti sunt:vt Pō-
ponius ait:quod tunc in tres partes populus diuisus erat aut a tribuum

suffragio:que(vt Dionisius ait)tũc quatuor fuere legimus in historijs Dio
dori. Tribunos quatuor creatos. C. Sicinium. L. Metorum. M. Duiliũ
Sp. Attilium Appio Claudio ⁊. T. Curtio coss. ⁊ post ãnos. xxv. Tres tri
buni consulari potestate creati. M. Genutio Agrippa: ⁊ Curtio Chilone
coss. tribuni fuere. M. Sempronius. L. Attilius Longus. T. Quintius et
post annos sex totidem tribuni creati sub eadem potestate Manius Emi
lianus Mamercus Clulius. L. Quintius post quatuor an. quatuor creati
M. Minius. Q. Sontius Seruilius pretextatus Cornelius coss. Seqnti
anno. iij. M. Fabius. M. Fluuius. L. Seruilius et sequenti anno. L. Furius
Sp. Pinarius et post annos. vij. quatuor. C. Furius. T. Qnintius. M. Po
stumius A Cornelius. Hos omnes tribunos consulari potestate fuisse
constat.

De tribunis militum

a Nno fere. lxx. post actos Reges sequẽti anno postq̃ tribunitia
potestas consulari iure cessit oratione Canullei tres e patritijs
creati tribuni militares consentiente plebe omnẽ consularem auctoritatem
habuere. ⁊ hi fuere L Furius L Clelius Corinthius A Semproni[9] Atra
tinus sequenti anno. iiij. P. Lucretius C Seruilius menenius Agrip Sp.
Veturius. Tercio ãno. iiij. A Sempronius M Papirus Q Fabius Sp
Nautius. iiij. anno duo P Cornelius C Fa quinto anno. iiij. L Tube.
C Cornelius C Valeri: censo: M Fabius hi creabantur ex patribus et ex
plebe Sexto ãno ius imperij Romani ad ꝯsules redijt: qui fuere M Cor
nelius L Furius. Officium autem tribunorũ militum: vt Marcellus de re
militari scribit: erat in castris milites continere: et ad exercitationem produ
cere: vigilias circuire: rei frumentarie p̃esse: querelas cõmilitonũ audire: vali
tudinario ꝫ inspicere. quoniã is qui tali officio p̃est: et dare et obseruare ca
strensia omnia debet. Pedianus ait tribunorũ militariũ duo genera primũ

eorum qui Rusulci dicuntur et in exercitu creari solent. Alij sunt comitiati
qui comitijs designantur

De edilibus.

p Lebes vbi e sacro monte ad vrbẽ redit a patribus impetrauit
vt liceret sibi alios magistratus creare: qui tribunorum ministri
essent: qui et edes sacras et priuatas procurarent ⁊ qui annone p̃essent. crea
uit igit̃ Ediles quatuor: duos qui ab solio eburno curules dicti sunt. regijs
vtebantur insignibus. ⁊ ornati purpura curã sacrificiorum et ludorum ha
bebant: Scio et a quibusdam scriptum esse ediles duos ex patritijs creatos
curules eo tempore quo primus ex plebe consul factus est. Sed credibilius
est vt idẽ intelligantur ediles meminit. Dionisius lib. vj. ⁊ Alios duos crea
uit plebes prepositos annone: quos aliqui putant a diuo Julio cõstitutos
⁊ nominatos Cereales edilium curulium potestas adeo creuit vt ad eos
summa rerũ et maiestas consularis imperij venerit

De Censoribus.

c Vm census actus esset: ⁊ consules non sufficerẽt duo creati fuere
ad quorũ censionem id est arbitriũ censeret populus ⁊ ob id cen
sores appellati: ⁊ primi fuerunt. C. Papirius: et Sempronius. M. Geganio
Macerino et. T. Quintio Capitolino cons. creabantur autẽ quinto quoq̃
anno: quod tempus lustrũ appellabantur. Pedianus Asconius ait censo
res quinto quoq̃ anno creari solebant. hi prorsus ciues sic notabãtur: vt
qui senator esset eiceretur senatu. qui eques Ro. equũ publicũ perderet. qui
plebeius in centũ tabulas referreret: et erarius fieret. ac p hoc nõ esset i albo
centurie sue: sed ad hoc non esset ciuis tantũmõ vt pro capite suo tributi no
mine era preberet. Jdem cõpleto quinquẽnio lustrabãt. et taurilia sacrificia
de sue oue tauro faciebant ciuiũ romanorum primus census factus est sub

Seruio Tullo .lxxxiiij. militũ. et. dcc. scd̃s census tercio anno post fugã tarquiniorum. L. Valerio publicola: et. T. Lucretio cons. Inuenta puber᷑ Romanorum. c. xx. milia Tercius census anno. xij. T. Largio Flauio. Q. Clelio Sicelo cõs. Idem. T. Largius dictator censum renouauit inuenta puberũ Romanorum. C. L. milia et Dcc. anno. xix. id est. ij. post tribunitiã habitus a ꝯsulibus census quartus inuenta ciuiũ Ro. c. lxi. milia et Dcc. ãno. xxvi. Seruio Seruilio: et. A. Verginio consulibus habitus census inuenta ciuiũ puberũ plura ꝙ̃ centũ ⁊. x. milia: et ceterorũ trecenta et. xx. milia. ãno. xxxviij. A. Manlio: et. L. Furio cons. habitus census sextus et ciuiũ Ro. incertus numerus. Supra annũ. lx. ciuiũ numero vt diximus creati censores fuere

De decemviris

a Nno ab vrbe condita. ccc. ix. decemviri pro cõsulibũs creati sunt et. iij. anno depositi libidine Appij Claudij: qui Virginiam stuprauit. decem viri hi fuerũt Appius Claudius Regilianus. T. Genutius. P. Sextius Sp. Venturius. C. Julins. A. manilius. C. Sulpitius. P. Curiatius. T. Romulus. Sp. Postumius Caluinus: hi ex athenis leges tulerunt in. x. tabulis. Datũq̃ʒ est eis ius summũ: a quibus ꝓuocatio non erat: et datũ etiam vti leges corrigerent: et interpretarentur. sequenti anno duas tabulas addiderunt et inde appellate leges. xij. tabularũ: quidã volunt non eburnis sed eneis tabulis impressas leges ꝓ rostris positas. Quarũ ferendarũ auctorẽ fuisse. x. viris Hermodorũ ephesiũ exulantẽ in Italia scribũt vt Pomponius refert. Dionisius pro Curiatio Oratiũ dicit. seqũti anno x. viri rursus creati Appius Claudius. Q. Fabius Vibolanus. M. Cornelius Maluginensis. M. Seruilius. L. Minutius. T Atronius Merenda Manilius Roboleus. Q. Apitelius Ceso Oralius Sp. Oppius cor. apud Diodorũ sunt. C. Serg. et. P. Manius. Tercio anno idem prefuere neq̃ʒ senatu neq̃ʒ plebe suffragia dante. et ideo vi magistratũ obtinuerũt

De Proconsulibus.

p Osthumio Albo et. S. Fusco cõss. bello infeliciter contrã equos gesto procõs. creatus est. T. Quintius: et is primus in eo magistratu fuit. Cum sex lictores precedebant. Cetera omnia habebat vti consules et inde statutum est: vt qui consules vno anno fuissent: sequenti ꝓconsules essent. deinde proconsules ad prouintias mittebantur. et singuli singulos legatos habebant qui administrationi prestarent auxilium procons. potestatem exercet in ea prouintia tantũ que ei tradita est vel decreta nisi vocaretur in iurisditionem voluntariam. Apud proconsulem vt Martianus ait. Seruorũ manumissio fieri poterat: et adoptio Apud proconsulis legatum nemo manumittere potest sub Cesaribus distincte ꝓuintie. Nam cõsulares sub senatu Po. Q. Ro. erant: proconsulares sub imperatoribus

De p̃torib' et x. viris: et curatorib' viarũ: et Triũviris et. v. et. c. viris.

O tempore quo pertinacia tribunorũ plebis qui Rome sine cõsulibus quinq̃ʒ annis prefuere. L. Sestius ex plebe consul creat' esset patres preturam nouum magistratum. Sp. Furio Camillo. M. filio dederunt hic primus pretor vrbanus fuit a p̃essendo pretor nominatus ẽ Pretoris insignia sella curulis: trabea lictores sex: et cetera consulũ insignia Pomponius in hec verba ait. Cũq̃ʒ consules auocarent̃ bellis finitimis: neq̃ʒ esset qui in ciuitate ius reddere posset: factũ est vt pretor quoq̃ʒ crearet̃ q̃ Vrbanus appellat' ẽ. eo quod in vrbe ius redderet. Post aliquot deinde annos non sufficiente eo pretore. ꝙ multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret. creatus est et alius pretor. qui peregrinus est appellatus. ab eo ꝙ plerũq̃ʒ inter peregrinos ius dicebat. Deinde cum esset necessarius

magistratus qui haste pessent .x. virilitibus iudicandis cōstituti sunt. Eodē tempore constituti sunt .iiij. viri: qui curam viarū haberent. Et tres viri monetales eris argēti auri flatores: et tres viri capitales: qui carceris custodiā haberent: vt animaduerti oporteret interuentu eorū fieret. Et quia magistratibus vespertinis temporibus in publicū esse incōueniēs erat: Quinqꝫ viri constituti sunt eis Tiberim et vltra Tiberim: qui possent ꝓ magistratibus fungi. Deinde pretores creati sunt numero captarū prouintiarū: qui partim vrbanis rebus: partim prouintialibus pessent. Deinde Cornelius Sylla q̄stiones publicas cōstituit veluti de falso: de patricidio: de sicarijs. & p̄tores .iiij. adiecit. Ab honore qui preture habebat Jus honorarium appellatum que pretorū edicta erant. honoratus dictus

De Procuratore cesaris.

Procuratori Cesaris omnis res familiaris commissa erat: etiam quicquid is egisset ratum erat apud Cesarem: et penes hūc magna erat auctoritas.

De Jurisperitis

P. Papyrius primus apud Romanus regias leges in vnū cōtulit. Ad hoc Appius Claudius Regilian⁹ .x. vir: cui⁹ maximū consiliū in .xij. tabulis conscribendis fuit. Post hunc eiusdē familie Appius Claudius Centumanus: qui viā Appiam strauit: et aquā claudiam induxit et de Pyrrho in vrbem nō recipiendo sententiam tulit. actiones scripsit: et primū de vsurpationibus qui liber nō extat. Idem .R. litteram inuenit: vnde Valesi Valerij et Fusij Furij dicti sunt. Fuit post hos maxime sciētie Symphronius cognomēto Cata. Deinde .L. Scipio Nasica optimus a senatu iudicatus: cui publice domus in sacra via data ē: quo facilius consuli posset Deinde .Q. Mutius: qui ad Carthaginenses missus est legatus cum essent due tessere posite vna pacis. altera belli arbitrio sibi dato vtrū vellet referret Romā vtrāqꝫ sustulit. et ait Carthaginenses petere debere vtrū mallent accipere post hos fuit Tiberius Coruncanus. q̄ primus ꝓfiteri cepit cuius tamen scriptū nullū extat. Deinde Sex. Elius et frater eius. P. Elius ambo consules Ennius Sex. Elium Catū appellat. Deinde Cato portie familie princeps Tusculo genit⁹. cuius libri extāt. Postea. P. Mutius. et. L. Brutus. et. P. Manilius ius ciuile fundauerūt. Ex his Mutius cōsularis fuit et .x. libros reliquit Brutus pretorius .vij. Manilius consularis et pōtifex maximus tris. Ab his profecti sunt. P. Rutulius Rufus consul Rome et Asie procōs: et. P. Verginius. et. Q. Tubero ille stoicus. Panse auditor et consul. et Sex. Pompeius. Gn. Pompeij patruus. Eo de tpe Celius antipater. qui plus eloquētie q̄ꝫ scientie iuris operā perdij. et. L. Crassus Mutianus. P. Muti frater. quē Cicero iuris cōsultorū disertissimū dicit. Post hos. Q. Mutius. P. filius potest. Max. ius ciuile redegit in libros .xviij. Mutij auditores fuerunt complures sed precipue auctoritatis Aquilius Gallus Lucilius Balbus et Ser. Papirius. Dehinc Seruius Sulpitius qui in causis orandis post. M. Tulliū primū optinuit locū reprehēsus a Q. Mutio: quod ius nō intelligeret. iuri operā dedit. Sub Lucilio Balbo et Aquilio Gallo Seruius cū in legatiōe perisset. po. ro. statuā ei ꝓ rostris erexit. que hodie extat in foro Augusti. reliquit centū .lxxx. libros de iure ciuili. Seruij disciplina manauerūt Alpheus Varus. C. Flauius. A. Ofilius Titius Celsus Aufidius. Cura Aufidius. Mamusa Flauius priscus. G. Atteius Antistius Labeo paternus. P. Celsus. Libri digesti fuerūt ab Aufidio Mamusa. Ex his Alphonus consul fuit et Ofilius. Eq. ordinis qui edictū pretoris diligenter primus ꝯposuit. Fuit eodē tpe Trebatius Cor. Maximi auditor. A. Casellius. Q. Muti⁹ Volusi auditor. Questorius cōsulatum eni renuit offerente Augusto. Ex his Trebatius petito Casellius

eloquẽtior. Ofilius vtroq̃ doctior. Deinde Elius Tubero. q̃ postq̃ accu-
sauit. Q. Ligariũ: nec obtinuit apd̃. C. Cesarẽ. a causis agẽdis ad ius ciuile
trãsijt Cicero Ligariũ defendit oratiõe satis pulcherrimã. post hũc Atteı9
Capito: q̃ cõsulfuit Ofilij imitator annũ sic diuisit vt Rome. vi. mẽsib9 cũ
studiosis esset. et totidẽ i recessu i cõscribẽdis libris. ideo reliq̃t volumia. xl.
Labeo ingenij q̃litate et fiducia doctrine. q̃ etiã p̃ ceteris operã phie dederat
plurima inuouare instituit. Atteio Capitoni Massurius Sabin9 successit
Labeoni Nerua. q̃ fuit Cesari familiarissimus. Massurius Sabinus eq̃s
Ro. publice primus scripsit. Hoc bñficiũ a Tiberio Cesare dari cepit. nã
añ tpa Augusti publice rñdendi ius a pncipe nõ dabaẽ. Sz q̃ fiduciã suoꝝ
studioꝝ habebãt cõsulẽtib9 respõdebãt. neq̃ respõsa vtiq̃ signata dabant
Sz plerũq̃ iudicib9 ipsi scribebãt. aut testabanẽ q̃ illos cõsulebãt primus
diuus August9 vt maior iuris auctoritas haberet. pstituit vt ex auctoritate
cui9 rñderẽt. et ex illo tpe peti h̃ p̃ bñficio cepit. et ideo optimus princeps
Hadrianus cũ ab eo viri p̃torij peterẽt. vt sibi liceret rñdere. Respõdit eis
h̃ nõ peti. s̃ p̃stari solere. et ideo si q̃s fiduciã sui haberet. delectari se populo
ad rñdendũ se p̃staret. Igiẽ Sabino cõcessum ẽ a Tiberio Cesare. vt pplo
rñderet. Cui cũ ample facultates nõ essent. a suis auditorib9 substẽtatus est
Sabino successit Cassius lõgin9 nat9 ex filia Tuberõis. q̃ fuit nept̃ Seruij
Sulpitij. is et cõsul fuit cũ Cratino s̃b Tiberio. a quo p̃pter auctoritatẽ ciui
tate pulsus fuit et ab Imp. Vespasiano reuocat9 diẽ obijt. Nerue successit
Proculus fuit et eo tpe et Nerua alius. et ali9 Longinus eq̃s Ro. ꝛ p̃tori9
Sz Proculi auctoritas maior fuit. nã ꝛ q̃ successere parti Proculani. parti
Cassiani appellati sunt. q̃ origo a Capitone ꝛ Labeone ceperat. Cassio Ce
lius Sabin9 successit. q̃ plurimũ s̃b Vespasiano potuit. Proculo successit
Pegasus q̃ s̃b Vespasiano p̃fectus vrbis fuit. Celio Sabino Priscus Ja-
boleus. Pegaso celsus celso patri. celsus fili9. et p̃scus neratius. q̃ vtriq̃ cõ
sules fuerũt. labdeno prisco eburni9 Valẽs ꝛ tuscian9. itẽ ꝛ saluı9 iulianus.

Pom. Leti de Sacerdotijs. ꝛ p̃mo de prima religione apud latinos.

Aunus antiquissimus oĩm regũ in latio fuit. Ab originibus
impauit. hoĩes more feraꝝ viuẽtes i mitiorẽ vitã redegit Lu-
cos sacrauit. locis et vrbib9 noĩa dedit edificia erexit. tẽpla edi
ficauit. q̃ ideo a Fauno fana dicunẽ q̃ põtifices sacrãdo illic fanẽ. Faunus in
latio cultũ deoꝝ istituisse ferẽ: quidã scribũt añ faunũ impasse Janũ. ꝛ cultũ
deoꝝ demõstrasse. Fauni soror Fatua vaticiatrix. ab ea vates Fatuarij dicũẽ
h̃ tradiẽ mulieꝝ castissima. ideo eã Romani bonã deã appellauẽ cui9 tẽplũ
ẽ i saxo Auẽtini mõtis vñ ingressus viroꝝ p̃hibeẽ ꝛ ei femine tm̃ sacrificãt.

De Lupercis

Upercalia sacrificia ad expiãdos manes fiebãt. Grece Lycea dicta
a pane Lyceo nomine arcadico. quẽ Romani vocãt Junũ ꝛ idẽ
putaẽ esse Faun9. lyceo sacrificaẽ i spelũca q̃ s̃b palatio mõte ẽ. Mensis quo
hec sacra fiũt Februari9 a febrũãdo. id est purgãdo dr̃ et dies lupcalioꝝ fe-
bruata. Euãder ex Arcadia hoc solenne in latiũ tulit: et instituisse fertur. vt
nudi iuuenes Lyceũ pana venerãtes p̱ lusum atq̃ lasciuiã currerẽt. h̃ p̃mũ
ludricũ id est Lupercal Romu. accepit: dictũ videẽ a Lyceo: quia lycos est
inde Lupercal. Scribunt aliq̃ a lupa nutrice Romuli ac remi. Nam ab eo
loco solenne incipit vbi lupa lac vagierti. prebuit. aut a capris vt sit lucre. i.
purgare p̱ capras. capre in eo sacrificio mactatur: aut q̃ pan lupos arceat.
Tradiẽ et alia causa quare nudi luperci. Aut q̃d Faunus p̱ vestes ab Her-
cule delusus fuerit. et meminit Ouidius. Aut q̃d ceso Amulio Romu. ac re.
fedari vult9 sanguie nudaẽ gladijs ꝛ vestib9 succicti ab alba vsq̃ ad ficũ ru
minalẽ cucurrerẽt. Vñ fuaẽ i lupcalib9. nobiles adolescẽtes faciẽ sanguie sibi
fedãt. et alij accurrẽt cũ lana lacte madidã tabũ abstergẽtes. Aut q̃ cũ romu.
in palestra esset nud9 latrones isecut9 fuerit. et votũ pãni Lyceo fecerit. Sz

ego verius puto vel a Liceo vel a lupa. Ideo Romani in lupercalib⁹ canē imolant: quoniam naturaliter canis lupis aduersatur. ob qđ Romulus lupe nutrici gratias habere videtur. Luperci tergora capris eripiunt. et sic cincti discurrunt circū antiquū oppidū id est palatiū. Occurrentes corijs verberant. Femine vltro obuiā occurrunt facilem partum sperantes

De Potitijs: et Pinarijs

Victor Hercules ceso Gerione Chrysauri filio in eritra. que ē insula oceani Hispani ab acto nitidarū boū armento in latiū venit et prope Tyberim i loco herbido procubuit. vt leto pabulo reficeret boues. Cacus latronū princeps eximias boues duas caudis in speluncā traxit. Hercules somno excitus lustrato grege cū partem abesse nūero sensit omnia circuit. aduersa vestigia comperit. cōfusus nouitate rei ex loco infesto aggere armentū cepit. Cū acte boues desiderio relictarū mugissent reddita fuit e spelunca vox: q Herculem conuertit. inuenta fraude Cacum necē dedit. Concursus trepidantiū pastorum aduenā reum cedis faciunt apud Euandrū. qui miraculo litterarū inter rudes artiū hoīes ea loca tum regebat. Is intuēs habitū formāq viri rogat. Qui vir esset. vbi nomē patremq ac patriā accepit. quia sic Carmentis mater eius vaticinata fuerat extemporalem arā Herculi erexit. Iuuencū indomitū mactauit. inde seruatum est vt quot annis Romani bouē indomitū Herculi imolent. et Hercules epulum populo dedit. sacrū fieri voluit a potitijs et pinarijs. que tū familie maxime inclyte ea loca incolebant. forte euenit vt potitij ↄsto essent bisq exta apponerentur: et pinarij quia tardi fuere extis adesis ad ceteram venirent dapē. Potitij ab Euandro edocti antistites sacri eius diu fuerunt postea cū interijssent empti de publico serui officiū exercuerūt. ara ab Euādro erecta. cui Hercules decimas soluit maxima vocatur. et proxima est foro boario. vbi ex voto decime fiunt. tradunt qui velit diues fieri Herculi decimas soluat: hinc opes. M. Luculli facte memorantur et ipse Hercules thesaurorum deus putatur

De fratribus Arualibus: q̄ primi fuerunt filii Laurentie.

Massurius Sabi. qui tempore Augusti fuit. xij. suscepisse liberos Accā Laurentiam scribit: ex quibus cū vnū extulisset: grauiter indoluit Romulus: in demortui locū se dedit: et ita nutricem pientissime consolatus est. Ab hoc numero duodenario aruorū sacerdotes. xij esse voluit. et vt plinius ait se inter liberos Acce Laurentie fratrem duodecimum appellauit. Fratres aruales hi nominati sunt. qui sacra publica faciunt: ꝓpterea vt fruges ferant arua a ferendo igitur et aruis: vt Varro scribit: fratres aruales dicti sunt. Laurentiā in eo sacerdotio dedisse Romulo spiceam coronam pro religiosissimo insigni: que vitta alba colligaretur et item Plinius ait.

De Auguribus

Auguādi ars antiquissima a Chaldeis ad grecos apud quos Amphiaraus. Mopsus. et Calchas summi augures habiti sunt a grecis ad etruscos venit: ab etruscis ad latinos: et ipse Romanorū pater Romulus augur fuit: et ideo instituit magistratus augurijs confirmari. et posteri non nisi augurio iubente res incohabant locus augurij templum erat. augur versus orientem sedebat. capite velato litū dextra tenens. manu: id est curuū baculum. quo in celo regiones diuidit. et que augura veniunt predicit si leua fuerint: quia alterna parte septentrio est felicia pronunciat. pars illa orbis propter altitudinem prospera putatur. et a dextra parte meridies quia depressus est infelix. Dionysius meminit antiquā au/

gurandi obseruationem fuisse etiam aboriginum. Nam Ascanius prius ꝙ aciem contra Mezentium educeret: augurium captauit: et vbi micare a sinistris fulgur cõspexit: pugnauit: et victor fuit: tantaqꝫ veneratio et vtilitas inde fuit. vt collegium augurũ constitutum sit. et primũ tres augures fuere a tribus tribubus. sic instituisse Romulũ tradit Dionysius inde quatuor creati. Tandem plebe per tribunos id petẽte: quinqꝫ plebei augures quatuor patritijs adiuncti fuere: et sic numerus nouem augurũ mansit

De Vestalibus

Vestalem ignem cũ penatibus Aeneas e troia in Latium tulit: cõdito lauino Veste edẽ sacrauit. postea Asca: cõdita alba tẽplũ Veste edificauit in montis albini parte cui suberat lucus: in quo Ilia Romuli mater a Marte cõpressa fuit. Veste ministre virginitatem seruabant. Mos latinis fuit generosas et castas virgines legi. post multos annos Romulus castissimas sacrorum cerimonias cõstituit. et vt Varro tradit: sacerdotes. lx. qui publica sacra facerent per tribus et curias creauit a virtute et generis nobilitate. Inopes et aliqua parte corporis debiles sacerdotes fieri vetuit: ⁊ in curijs singulis. Vesta quedã cõmunis erat. Templũ Veste Romulus condidit: et virgines legit. Sed frequẽs opinio Numã Pompiliũ asserit. Credibile ẽ Romulũ: qui in omnibus curijs Vestam esse voluit separatim non posuisse. rotunda effigie templum est inter capitolium ⁊ palatiũ in eo seruabatur perpetuus ignis: quia Vesta nihil aliud est ꝙ purus ignis. Sunt qui dicant alia quedam archana in eo templo fuari etiam pontificibus et virginibus ignota. Quidam duo dolia nõ magna alterum clausum alterũ apertum. in quo nihil est. Quidam aiunt a virginibus palladiũ seruari celo lapsum in troia. prime virgines a Numa electe q̃tuor fuere: Gegania: Berenia: Camilla: Tarpeia:. Due alie a Seruio Tullo addite. Castitas virginibus terminata est in. xxx. annos. x. primis discit virgo. totidem ministra est. in reliquis docet. post. xxx: annos nubẽdi potestas rei sit. prima que capta fuit Amata traditur: ideo cum capit virgo hoc nomen ei imponitur. capitur a pontifice non minor annis. vi. et non maior. x. et que non sit patrima ⁊ matrima: neue lingua sensu aurium diminuta. aliaue corporis labe. neqꝫ filia serui neqꝫ eius qui domicilium in Italia non haberet. Vestalis si petulanter deliquisset: verberabantur a pontifice. si incesta fuisset: hoc modo penas luebat. Vincta efferebatur in sandapila per medium forum vsqꝫ ad portam collinam: ibi tumulus ĩpudicarũ vestalium inter muros imminet: in quo est parua cauerna subterranea: ad quam per foramen scalis descenditur: in qua est stratus lectulus: ⁊ lucerna ardens. et panis lac oleũ ne fame intereat. Deponitur hic vestalis soluitur vinclis. capite velato in supplicium ducitur. pontifex cum archana quedã pronunciauit. cum sacerdotibus terga vertit: et statim impudica vestalis ĩ cauernam demittitur: inde fossa tellure repletur vsqꝫ ad operculum. ea die silentium et mestitia in tota vrbe est.

De Flaminibus.

d Ialem ⁊ martialem flaminem Romulus instituit Numa quirinalem addidit. Varro asserit Numã Pompiliũ flamines singulis dijs fecisse: et ab eis nomina dedisse. hic resp. hominibus in celum relatis flamines decreuit. Dicti autem flamines sunt ex gestatione pileorum quasi pileamines. Quidam aiunt ab infulis: quas flamme vocant. eorum ministri Flaminij dicti: et ministre flaminule. Sed rerum omnium sacrarũ administri Camilli dicebantur. flamines non poterãt nisi singuli singulis dijs attribui: et nephas sine pileo erat egredi domũ.

De Salijs

ſ Alios. xij. Marti graudo legis Numa dicti a saltando qd sacre incomicinis quot annis et solent et debent versicoloribus tunicis ornati per vrbem tripudiant succincti eneis baltheis. Togas fibulis nectunt. quas trabeas vocant. gestant in capite pileos. quos vocāt apices gladio accinguntur dextra lanceam aut virgam ferunt: leua thraciam peltā celestia. sunt arma. Ancile vocant. id est circū excisum. id fertur celo lapsum i regiam Nume anno. viij regni eius. Lege cautū erat vt Salij liberi essent et indigene et quorum vterqꝫ parens viueret. et cuiuscūqꝫ fortune paupes an diuites quidā Salios appellatos putant a viro Samothrace seu mantineo nomine Salio: qui saltationem in armis inuenit. Traditur Tullus Hostilius duplicasse numerū Saliorum

De Fecialibus: et Patre patrato

Etiales dicti qd fidei publice inter populos pꝫerant nam p hos fiebat vt iustum conciperetur bellum. et vt federe fides pacis cōstitueretur. eos instituisse dicitur Numa: cū indicendum esset bellum fidenatibus. hi mittebantur priusqꝫ conciperetur bellū ad res repetendas. et si non impetrabant bellū indicebant. Fecialium vnus qui patrem patratum faciebat ex ipsis fecialibus electū sacris vestibus ornatus ad auctores iniuriarum procedebat. priusqꝫ vrbem intraret: Janitorem vel alium qui obuiam fuisset alloquebatur quibusdam imprecationibus: inde in forū pgit illic differit qua causa venerit tempus ad cōsultandum dat. xxx. dierū si per hos dies res infecta maneret. dijs celestibus manibusqꝫ inuocatis abit. et ad senatum refert. et vbi i senatu qd iustum piumqꝫ esse actum erat fecialis bellum indicebat. fecialium sacra nefas violare erat nam Fabius cū ea violasset: vrbs. Ro. a Gallis senonibus euersa fuit. Dicuntur feciales a federe faciendo seu feriendo. Pater patratus a patrando id est santiendo federe: quidam a fecialibus creabatur qui tantum in federe santiendo pꝫerat vt quidam scribunt

De Pontificibus

Ontifices e patribus legit Numa. et ex ijs pontificem. maximū fecit. Martium Martij. F. et ipsius Nume generum. cuius scitis omnia publica priuataqꝫ sacra subiecit: vt esset quo consultum plebes veniret et idem nec celestes modo cerimonias. sed et iusta funebria et pdigia quomodo susciperentur. et curarentur defuncto pontifice max. alius eligebatur non a populo sed ab ipsis pōtificibus Appellati sunt. vt Varro scribit. et Dionysius a ponte sublitio. quem reficiebant. quare videnꝫ a Numa non pontifices sed sacerdotū principes nominati. et inde regnante Anco Mar. quando sublitius pons factus fuit a ponte pontifices appellati. et ideo sacra ab eis trans Tiberim non mediocritu ad pontē fiunt. Sceuola pon. max. dicebat pontifices dici a posse et facere. Quidam scribunt ab eo qꝫ potentia sacra perficiant

De Rege Sacrificulo

Ostquā Romani iam liberi extincto regio nomine cōsules creārunt: necubi desiderium regis esset propter quedā sacra publica que reges faciebant. Regem sacrificulum constituerunt. et e patribus elegerunt. C. Manium Papyrium. et id sacerdotiū pōtifici subiecere. ne noue libertati additus nomini bonos officeret. is Papyrius quietis studiosissimus fuit. idem fuisse memoratur qui leges Nume ab Anco Martio in tabulis quernis inscriptas rursus in publicum traduxit

De Gallis matris deum

Allis sacerdotes Cibelis matris deū sunt et semimares id est castrati: ab eo qꝫ dea puerū phrygium amauit Atym: cui precepisse

dicit̄ ne cōcumberet. ille cū Pagaratide nympha coiuit sub arbore. Cybele
excisa arbore victa est. puer ad dindyma aufugit et virilitatē sibi āputauit:
ideo Cybele castratos sacerdotes habere mauult. Acdo bello punico Ro
mā etiā deportatus est sacer lapis: quē matrē deū incole dicebāt: ꝑ legatos
tres. M. Valeriū. L. Eminiū. et. C. Ceciliō Galbā: et questores duos. Cn.
Tremelliū Flaccū: et. M. Valeriū Falconē receptaq; fuit dea Rome a sa-
pientissimo homine. P. Scipione Nassica q a senatu in tota ciuitate vir
optimus iudicatus fuit: et qd magis admirabile ē adolescēs erat. galli di-
cti sunt a Gallo flumine phrygie. testes samia testa sibi āputant. Rhea no-
minatur. Cybele a monte Cybelo: que est pars montis dindymi

De duū viris et. x. viris sacrorum.

Dumviri a Tarqnio supbo instituti fuerūt. q soli inspicerent li-
bros Sibyllinos: deinde cū plebes creari ex suis istaret ex plebeis
patritij creati, x. et inde. xv. q libros īspicerēt: sic et duūviris ad. x. viros. ⁊. xv.
viros res deuenit. et aliqn̄ data cura corrigēdorū fastoꝝ fuit. Hi februariū
qui vltimus erat post Januariū posuerunt

De Epulonibus

Eteres pontifices (vt ait Cicero) ꝓpter multitudinē sacrificiorū
tres epulones esse voluerunt: vt ludorū epulare sacrificiū facerent
id sacerdotiū antiquū fuisse constat. sed de etate nondū legimus. numerus
auctus fuit. Duo additi: et quinq; fuere epulones: et postea theatraliū ludo
rum atq; circensium ambitione septem fuisse Epulones leguntur

De Titijs Sodalibus

Odales Titij sacerdotes extra vrbem habitabant: et in tugurijs
certa auguria seruabant. qm̄ ad id deputati a pontificibus erant.
nomen inditum est ab auibus.

Pom. Leti de legibus Libellus.

i Us pluribꝰ modis dr̄. Naturale qd ē cōe oībus aīalibꝰ. Jus
gentiū quo gētes humane vtunt̄. Jus ciuile qd ex legibꝰ plebisci
tis: senatuscōsultis: decretis p̄ncipū: et auctoritate prudentium venit. Jus
publicū i sacerdotibꝰ ⁊ magistratibꝰ cōsistit. Jus priuatū ad singuloꝝ vtili
tatē. Jus etiā dr̄ locus ī quo ius reddit̄. vt meminit Paulus de lege ⁊ de legꝫ
origine. Lex vt chrisip. diffinit ē diuinaꝝ ⁊ humanaꝝ reꝝ noticia. Lex dr̄ ro
gatio et obnūciatio. Lex donū ē dei: dogma hoīm sapientū: coertio volun-
tatis. Legis v̄tus ē impare: vetare punire: pmittere. Lex ē eternū quoddā
qd vniuersum mundū regit impandi, ꝓhibēdiq; sapiētia: ex hac lege lex no
stra ē ratio mēsq; sapiētis equalis dei ē lex: cōstatq; ad salutē ciuiū ciuitatū
que incolumitatē: vitāq; oīm qetā et beatā. Igit̄ vbi lex nō ē: qes ⁊ btitudo
nō ē: et apud illos antiqssimos mos sapientū lex erat: id erat qm̄ antiqtas
prime accedebat ad deū. Lex magistratibꝰ p̄est. ⁊ magistratꝰ pplo. Optime
putat Cicero magistratū esse legē loquentē. Impandi et obtēperādi mo-
dus debet esse. Nā et q bn̄ impauerit: aliqn̄ obtēperet necesse ē. et ipsi mor-
tales nō solū obtēperare et obedire magistratibꝰ debēt sed eos colere. atq;
diligere. Potestas est facultas a populo seu principe publi. data. Magi-
stratꝰ dici ceptus est cū a populo creatus fuit magister ppli id est dictator

Prima fertur Ceres dedisse leges

mortalibus: postea ipsi sapientes. Phoroneus argiuis dedit. Moyses
celo lapsas hebreis: egiptijs Mercurius. Draco ⁊ Solon Atheniensibus
Minos Cretensibus: Lycurgus Lacedemonijs: Turijs
Charundas: Romanis Romulus.

Alia et fusia lege resistebatur pniciosis legibus in ciuitate. q̄ ideo
erant propugnacula et muri ocij et tranquillitatis. Sed Clodius. tr pl. L.

Pisone et. A. Gabinio. coss. iiij. leges tulit ex ijs scda fuit. ne quis p eos dies
quibus cum populo agi liceret. de celo seruaret: et quarta cauebatur: ne quē
censores in senatu legendo preterirent. ne ue quē ignominia afficerent. nisi
qui apud eos accusatos et vtriusqꝫ censoris sententia damnatus esset: ac
lege diminuta est censura. que est magistra vite et modestie.

Aurelia lege cōmunicata sunt iudicia senatui equitibusqꝫ ro. ⁊ tribunis
erarijs. eam tulit Aurelius Cotta pretor

De lege Acilia Manius Acilius Glabrio legē tulit de pecunijs repetū
dis. in qua ne cōparēdinari quidē reū sinit. L. Piso primus tulit legem de
pecunijs repetundis. De Annona lege. Clo. Tr. pl.

De Annona legem tulit vt frumentum qd antea senis eris ac triētibus
in singulos modios dabatur: gratis daretur.

De Annaria lege ea lex ānoꝝ modū finit. qbꝰ magistratꝰ capiēdi ptās sit

De Aterma lege Nec lex cū mos priscus fuisset irrogande multe p ma
gistratus ouis aut bouis nomine ouis ere dicto bos ere cēteno diffiniuit.

De Aquilia. L

Quilia Lex ab Aquilio late de dolo malo de fraude de deceptiōe
de simultate Cincius legem tulit qua cauetur antiqtus
ne quis ob causam orandam domum pecuniam vt acciperet

Calphurnia lege pecuniaria pena inter alias penas adiecta fuit. L. Cal
phurnius piso eam tulit. Cornelia lege cauetur ne quis. legatis
externarū nationū pecuniā expensam ferret. A. Cornelius cos. tulit et idem
aliam tulit. Ne quis in senatu legibus solueretur: nisi ducenti affuissent. ne
quis cum solutus esset intercederet. cum ea de re ad populum ferret. Tulit
idem Cornelius vt pretores edictis suis ius dicerent. lex est a Cornelio
quodā lata vt hoīes q parricidi causa telo accincti sint. gladio psequantur

A. Cassio Lōgino lex lata ē Cassia. q̄ populus p tabellā suffragia ferret.

C. Mario. C. Flacco. cos. alia ab eodem lata. vt ille quē populus dam
nasset. cui ue imperiū abrogasset. in senatu nō esset

Fabia lex a Fabio lata: a qua adiecta pena est illis qui deducūt et sectā
tur candidatos in comitia

Frumentaria lex a Sempronio Graccho lata est. qua frumentum e pu
blico destribueretur. Po. Ro.

Lege falcidia a falcidio lata cauetur ne plus dodrante legare liceret pro
pterea quod multi hereditatem recusabant

Flauiꝰ legē tulit de plagiarijs. Cū q dolo seruū aut pecus a dn̄o et filiū a

Gabinius legem tulit qua bellum. Cn. Pompeio ma ꝗpre sbtrabit.
gno cōtra pyratas datum est contra. C. Trebelli. Tr. pl. intercessionem

Junius Siluius coss. cum. Q. Cecilio Metel. legē tulit bello cimbrico
qd diu praue et infeliciter gestum est propter diminuta milie stipendia

Julia lege puniuntur adulteri. idem Julius Cesar legem tulit de pecu
latu in eos qui remp. vel sacra furati sunt: vel furantibus auxiliati sint. vel
furta scientes susceperunt. Cum adolescentes in contractibus circūue
niri solerent. Q. Lectorius penam de pretoribus adiecit

P. Licinius Crassus orator et. Q. Mutius Sceuolā pon. max. legem
tulerunt de regundis ciuibus vt in sue quisqꝫ ius ciuitatis redigerentur.

Cum multi Itali cupiditate ciuitatis Ro. tenerentur. L.

Manilius legem tulit vt quando res a nobilibus aduerse geste fuerant
illi ad magistratus gerendos admitterentur quorū maiores in Romana
republica magistratū non exercuissent. huiusmodi autem noui appellant.

Otho. Tr. pl. legem tulit ne quis cum ordine equi in spectaculis sederet.
nisi sestertia. quadraginta possideret. quod si cōtingeret. quisquis esset siue
ingenuus siue libertus inter equites spectare liceret in gradu. xiiij.

M. Oppius legē tulit ne superfluo ornatu mulieres Romane vtarent

neue pilētis.i.rhedis pēsilib⁹ vterent̄: neue pl⁹ vncia ī aurib⁹ app̄hēderēt.

Q. Hirtēsi⁹ legē tulit vt eo iure quo pplus statuissꝫ.⁊ oēs q̄rites tenerēt̄

C. Pompeius Strabo lata lege veteribus incolis transpadanis. ius latij dedit. quod cetere colonie latine habebant: vt petendi magistratus et ciuitatis ro. ius adipiscerentur.

Cn. Pompeius magnus legē tulit vt questor suffragio ppli ex his q̄ cō sules fuerāt crearet̄: Idē Pompeius legē tulit. q̄ asperrima pena parricidas afficit. Si q̄s parētis filij fata preparauerit. clā et palā insut⁹ culeo cū cane et gallo gallinaceo. et vipera. et simia in mare aut in flumē proiceretur.

Lege Papia ꝓhibent̄ ꝑegrini vti vrbe ro. M. Plocius Sil. Tr. pl. Cn. Pompeio Strabone. et. L. portio Catone coss. legē tulit vt singule trib⁹ q̄ nos denos ex eo nūero suffragio crearēt. q̄ eo āno iudicarēt. L. Rosi⁹ Otho cos. legē tulit vt ī theatro eq̄tibus. ro. ordines. xiiij. spectādi grā darentur.

Satyra lex est que vno rogatu multa et varia comprehendit

P. Scantinus legē tulit q̄ pueroꝝ cōcubito res graui supplicio afficiūt̄

Lege tutelari cauet̄. nequis tutor per simulationem pupillū fraudet

Q. Varius. Tr. pl. legem tulit vt quereretur de his. quorum ope consilioue socij po. ro. arma sumpsissent

Voconius legē tulit nequis cēsus hoc est pecuniosus heredem vnicā relinqueret filiā. erat aūt census ille qui. C. milia in ꝓfessione detulisset.

Valerius Publicola legē tulit. vt nulli magistratui liceret corpus Romani ciuis indicta causa cōdēnare liceretqꝫ dānatis ad populū ꝓuocare.

Hec habui. M Pantagathe qua de magistratib⁹: et sacerdotijs: et legibus cōpendiose scriberē. vt ex eo Compendio aliqua ad nostros vtilitas perueniat. et ita depinxisse opinor: vt ante oculos velut in tabella posuerim. Scribant alij diffusius. Pomponio satis est placere suis Vale.

Laus deo.

Pre domino mihi gra

gaudeamus In te domine speravi non confundar in eternum in iustitia tua libera

Augustinus dicit

Melius est domi manere quam propter mulieres cellas visitare

Anno domini

Magnifice

Magnifice

Animam